

80
D.LL
LVCRETI

DE RERVM NATVRA

LIBRI SEX

RECOGNOVIT

BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

CYRILLVS BAILEY

EDITIO ALTERA

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDOIANO

OXONII

Excudebat Vivianus Ridler

Architypographus academicus

PRAEFATIO

AD EDITIONEM PRIMAM

LVCRETIANI carminis qui exstant codices ab uno exemplari deducti sunt omnes, quod demonstravit Carolus Lachmann quarto aut quinto saeculo scriptum fuisse et in regno Francico servatum. Huius exemplaris, quod iam pridem est amissum, tria, quoad scimus, scripta sunt apographa, quorum duo inter ceteros Isaaci Vossii libros adepta est Vniversitatis Leidensis bibliotheca. Codex alter saeculo nono scriptus, qui unde a Vossio comparatus sit non satis constat, Oblongus nominatus est: alter saeculo decimo scriptus Quadrati nomen accepit: hunc antequam Vossii in manus venit, in usum Lambini editionem suam parantis aliqua ex parte excusserat Turnebus. Horum duorum codicum testimonio, quamvis neglegentius scripti sint et permulta contineant errata, nititur praecipue textus Lucretianus. Codici Quadrato simillimae exstant Hauniae octo schedae quae prius Gotorpii servatae fuerunt, Vindobonae decem.

Tertium codicum genus, numero maximum sed auctoritate his multo inferius, ex Italia ortum est. Eiusdem archetypi apographum saeculo quinto decimo possedit Poggius Florentinus. Huius antequam perditum est unum

FIRST EDITION 1900

REPRINTED 1903, 1909, 1913, 1919

SECOND EDITION 1922

REPRINTED 1928, 1932, 1938, 1947, 1951, 1954, 1957, 1959, 1962

PRINTED IN GREAT BRITAIN

PRAEFATIO AD EDITIONEM PRIMAM

scripsit apographum Nicolaus Nicoli in bibliotheca Laurentiana adhuc servatum, alia nonnulla Itali alii: existunt Florentiae octo exemplaria, sex Romae in bibliotheca Vaticana, unum apud Monacenses, quod nonnullis in locis ceteris videtur praestare, in Anglicis nostris bibliothecis non minus septem. Sed haec omnia, si Nicolianum excepéris, non multi sunt aestimanda cum et mendosa sint et neglegentius vel ex mera coniectura emenda: codex Nicolianus accuratius procul dubio scriptus saepe Poggianum fideliter videtur repraesentare.

Cum codicum Leidensium excellentiam primus demonstrasset Lachmann, hunc ita secuti sunt ceteri Lucretiani carminis editores ut illis codicibus maior usque adtribuantur fides. Quare debet hodie si quis carmen edere voluit illos quam maxime sequi, Italorum et editorum quam rarissime proferre auctoritatem. In hac igitur editione paranda quoties Leidensium testimonium probavi, inferiorum codicum lectiones et virorum doctorum coniecturas non commemoravi. Quoties obelisco dignum locum iudicavi, et codicum scripturas et editorum coniecturas in notis addidi. Quoties autem correctiones in textum recepi, et praelatae lectionis auctoritatem notavi et Leidensium repudiatam scripturam adieci, siquidem aut ipsa intelligi potest aut alias textus emendationes suppeditavit. Mera errata quae simili modo omnes correxerunt saepe praetermissi, sed ubi solita codicum menda exhibere videbantur cuiusque errati generis dignissima ferme notatione exempla animadvertisi.

Lacunis, seclusionibus, uncinis, versuum trajectionibus rarius fortasse quam ceteri editores idcirco usus sum, quod et huiusmodi remediis saepe violatum potius fuisse textum

PRAEFATIO AD EDITIONEM PRIMAM

quam emendatum iudicem et optimorum codicum fidem legentibus praestare maluerim quam poema instaurare quale ipse scilicet scriperit poeta vel potius quale scripturus fuisse videatur, si perfecisset et perpolivisset. In his rebus admirabile, ut mihi videtur, exemplar nuper praebuit R. Heinze in libro tertio recognoscendo.

Tralaticiam carminis orthographiam, quam e codicibus Leidensibus deduxit Lachmann singula quaeque verba sicut in iis invenerat referendo, deserere ausus sum. Cum enim constantis scribendi rationis omnino expertes sint codices, ego et legenti commodius fore arbitratus sum et re vera minus ineptum si orthographiam cum se ipsa constantiorem reddiderim et usitatae Latinitatis normae similiorem.

In hac editione perraro invenientur quae nova sint aut non prius temptata. Malui editorum laboribus fretus libellum bene sanatum proferre quam nova adhibendo medicamina aut nova vulnera adferre aut vetera adgravare.

*Scribebam Oxonii
mense Novembr. A.S. MDCCXCVII*

PRAEFATIO AD EDITIONEM SECUNDAM

IN his tribus et viginti annis, ex quo primum carmen Lucretianum edidi, studiis nostris nonnulla accessere momenti adiumenta vel maximi. In primis absolutum est opus Caroli Giussani, qui cum doctrinam Epicureorum subtilissimo acumine exposuisset, a locis compluribus carminis nostri tenebras quasi clara luce discussit. Aliud sed haud levius adminiculum Lucretianis attulit Aemilius Chatelain, qui cum codices Leidensis phototypia repraesentatos ediderit, cuivis permisit ut non solum codicum lectiones singulas scrutetur, sed ipsorum naturam et indolem penitus ediscat. Qui vero his phototypiis sedulo usus erit, etiam atque etiam, ut ait noster, Caroli Lachmann curam et diligentiam in excutiendis codicibus admirabitur. His muneribus additi sunt Willelmi A. Merrill in carmine tractando labores: hic cum in priore editione, quidquid maioris momenti post Hugonis Munro mortem de Lucretio scriptum est, in commentario suo diligentissime collegerit ac compensaverit, postea cum codicum ambages funditus cognoverit, alteram nobis dedit editionem, in qua et fiducia prope mirabili Leidensium textum secutus est et novas ipse nonnullas lectiones proposuit, a solitis codicum erroribus subtilissime derivatas.

Equidem cum haud tam promptus sum quam amicus meus in codicum verba et litteras iurare, maiore prorsus fide quam prius Leidensis sum paratus sequi: hoc p[re]ce ceteris didici propriam suam habuisse scribendi normam poetam nostrum et propriam nonnunquam syntaxin, neque tamquam in Procruste lecto, tralaticia grammaticae Latinae disciplina, sicut voluerunt Lachmanniani, esse circumcidendum. Itaque e CLXXI locis, ubi prioris meae editionis lectionem mutavi, in CVIII ad Leidensium textum, prius desertum, nunc recurri. Saepenumero poeta noster sibi ipse optimus est testis, qui carmen magis intime cognoverit, is maiore reverentia insolitos dicendi modos accipiet, quos exhibent codices.

Ampliorem lectori offerre apparatum quam in prima editione volui, quo simul Leidensis, quales sint, verius discat, simul melius cognoscat quantum auxili, quantum nonnunquam iniuriae, in corrigendo attulerint editores. Sed quandocunque Leidensium textum secutus sum, lectiones alias ibi solum commemoravi, ubi consideratione prorsus dignae esse videbantur: codicum menda et maculas non citavi, nisi aut in aliam emendandi rationem alios adduxerunt, aut soliti exhibent erroris exempla.

In hac editione paranda quantum tribus illis viris debeam illustrissimis, quos supra nominavi, in legendo apparebit: praecipuas autem gratias habeo Arturo B. Poynton, Collegii Vniversitatis Socio, qui lectiones Leidensium e phototypiis accuratissime collectas et exscriptas animo benevolo mihi usurpandas obtulit.

*Scribebam Oxonii
MCMXXI*

SIGLA

- O = Codex Leidensis 30 (Oblongus)
Q = Codex Leidensis 94 (Quadratus)
L = Codex Laurentianus xxxv. 30 (Nicolianus)
l 29, 31, 32 = Codices Laurentiani, xxxv. 29, 31, 32
C = Codex Cantabrigiensis
Vat. 1706, &c. = Codex Vaticanus 1706 &c.
Mon. = Codex Monacensis
G = Fragmentum Gottorpiense
l = lectionem Leidensium in textu conservatam

at pater omnipotens ita tum pergitus acer
magnanimum Phaethonta repenti fulminis ietu
deturbavit equis in terram, soleque cadenti
obvius aeternam succepit lampada mundi
disiectosque rededit equos iunxitque trementis,
inde suum per iter recreavit cuncta gubernans,
scilicet ut veteres Graium cecinere poetae.
quod procul a vera nimis est ratione repulsum,
ignis enim superare potest ubi materiai
ex infinito sunt corpora plura coorta;
inde cadunt vires aliqua ratione revictae,
aut pereunt res exustae torrentibus auris.
umor item quondam coepit superare coortus,
ut fama est, hominum vitas quando obruit undis.
inde ubi vis aliqua ratione aversa recessit,
ex infinito fuerat quaecumque coorta,
constiterunt imbris et flumina vim minuerunt.

Sed quibus ille modis coniectus materiai
fundarit terram et caelum pontique profunda,
solis lunai cursus, ex ordine ponam.
nam certe neque consilio primordia rerum
ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt
nec quos quaeque darent motus pepigere profecto,
sed quia multa modis multis primordia rerum
ex infinito iam tempore percita plagis
ponderibusque suis consuerunt concita ferri
omnimodisque coire atque omnia pertemptare,
quaecumque inter se possent congressa creare,
propterea fit uti magnum vulgata per aevum
omne genus coetus et motus experiundo
tandem convenient ea quae convecta repente
magnarum rerum fuent exordia saepe,

406

408

410

415

420

425

430

terrai maris et caeli generisque animalium.

Hic neque tum solis rota cerni lumine largo,
altivolans poterat nec magni sidera mundi
nec mare nec caelum nec denique terra neque aer
nec similis nostris rebus res ulla videri,
sed nova tempestas quaedam moleisque coorta
omne genus de principiis, discordia quorum
intervalla vias conexus pondera plagas
concurrus motus turbabat proelia miscens,
propter dissimilis formas variasque figuras
quod non omnia sic poterant coniuncta manere
nec motus inter sese dare convenientis.
diffugere inde loci partes coepere paresque
cum paribus iungi res et discludere mundum
membraque dividere et magnas disponere partis,
hoc est, a terris altum secernere caelum,
et sorsum mare, uti secreto umore pateret,
sorsus item puri secretique aetheris ignes.

Quippe etenim primum terrai corpora quaeque,
propterea quod erant gravia et perplexa, coibant
in medio atque imas capiebant omnia sedis;
quae quanto magis inter se perplexa coibant,
tam magis expressere ea quae mare sidera solem
lunamque efficerent et magni moenia mundi.
omnia enim magis haec e levibus atque rotundis
seminibus multoque minorib' sunt elementis
quam tellus. ideo per rara foramina terrae
partibus erumpens primus se sustulit aether
ignifer et multos secum levis abstulit ignis,
non alia longe ratione ac saepe videmus,
aurea cum primum gemmantis rore per herbas

433 altivolans Pontanus: alte volans OQ 437-445 hunc versuum
ordinem restituit Reisacker 437 omne genus de Lachmann: omni-
genis e O: omnigenus e Q 438 vias O corr.: via OQ 445
magnas Macrobius: magna OQ 447 umore O corr.: umor OQ
458 se L: et OQ

399 tum l³¹: cum OQ
405 Graium l³¹: gratum OQ
undis] urbis Pontanus 428 omne genus Lachmann: omnigenus
fluunt OQ 429 convecta Lachmann: conventa OQ 430 fuent l³¹:

400 fulminis O corr.: fluminis OQ
412 vias Furmann: multas OQ
429 convecta Lachmann: conventa OQ 430 fuent l³¹:

matutina rubent radiati lumina solis
 exhalantque lacus nebulam fluviique perennes,
 ipsaque ut interdum tellus fumare videtur;
 omnia quae sursum cum conciliantur, in alto
 corpore concreto subtexunt nubila caelum. 465
 sic igitur tum se levis ac diffusilis aether
 corpore concreto circumdatus undique (flexit)
 et late diffusus in omnis undique partis
 omnia sic avido complexu cetera saepsit. 470
 hunc exordia sunt solis lunaequa secuta,
 interutrasque globi quorum vertuntur in auris;
 quae neque terra sibi adscivit nec maximus aether,
 quod neque tam fuerunt gravia ut depressa sederent,
 nec levia ut possent per summas labier oras, 475
 et tamen interutrasque ita sunt ut corpora viva
 versent et partes ut mundi totius exstent;
 quod genus in nobis quaedam licet in statione
 membra manere, tamen cum sint ea quae moveantur.
 his igitur rebus retractis terra repente, 480
 maxima qua nunc se ponti plaga caerulea tendit,
 succidit et salso suffudit gurgite fossas.
 inque dies quanto circum magis aetheris aestus
 et radii solis cogebant undique terram
 verberibus crebris extrema ad limina in artum, 485
 in medio ut propulsa suo condensa coiret,
 tam magis expressus salsus de corpore sudor
 augebat mare manando camposque natantis,
 et tanto magis illa foras elapsa volabant
 corpora multa vaporis et aeris altaque caeli 490
 densabant procul a terris fulgentia tempa.
 sidebant campi, crescebant montibus altis

463 exalantque OQ: exalare Lachmann 468 flexit Lachmann:
 saepsit OQ (ex 470) 482 salso suffudit O corr.: salso suffudit O:
 salsos offudit Q 484 radii Q: radiis O 485 in artum Munro:
 partem OQ: raptim Bentley 491 densabant] densebant Lambinus

ascensus; neque enim poterant subsidere saxa
 nec pariter tantundem omnes succumbere partes.

Sic igitur terrae concreto corpore pondus 495
 constituit atque omnis mundi quasi limus in imum
 confluxit gravis et subsedit funditus ut faex;
 inde mare inde aer inde aether ignifer ipse
 corporibus liquidis sunt omnia pura relicta, 500
 et leviora aliis alia, et liquidissimus aether
 atque levissimus aeras super influit auras,
 nec liquidum corpus turbantibus aeris auris
 commiscet; sinit haec violentis omnia verti
 turbinibus, sinit incertis turbare procellis,
 ipse suos ignis certo fert impete labens. 505
 nam modice fluere atque uno posse aethera nisu
 significat Pontos, mare certo quod fluit aestu
 unum labendi conservans usque tenorem.

[Motibus astrorum nunc quae sit causa canamus.
 principio magnus caeli si vertitur orbis, 510
 ex utraque polum parti premere aera nobis
 dicendum est extraque tenere et claudere utrumque;
 inde alium supra fluere atque intendere eodem
 quo volvenda micant aeterni sidera mundi;
 aut alium subter, contra qui subvehat orbem, 515
 ut fluvios versare rotas atque haustra videmus.
 est etiam quoque uti possit caelum omne manere
 in statione, tamen cum lucida signa ferantur;
 sive quod inclusi rapidi sunt aetheris aestus
 quaerentesque viam circum versantur et ignes 520
 passim per caeli volvunt summania tempa;
 sive aliunde fluens alicunde extrinsecus aer
 versat agens ignis; sive ipsi serpere possunt
 quo cuiusque cibus vocat atque invitat euntis,

503 commiscet Naugerius: com-
 misci OQ 507 Pontos Lachmann: ponto OQ: Ponti Pontanus
 509-533 uncinis incl. Lachmann, post 503 collocavit Brieger 514
 aeterni] nocturni Merrill 515 qui Marullus: quis OQ 516
 fluvios Nonius: fluuius OQ 518 lucidalis: lucia OQ 521 sum-
 mania] immania Creech

flammea per caelum pascentis corpora passim.
 nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum
 difficile est; sed quid possit fiatque per omne
 in variis mundis varia ratione creatis,
 id doceo plurisque sequor disponere causas,
 motibus astrorum quae possint esse per omne;
 e quibus una tamen siet hic quoque causa necessest
 quae vegeat motum signis; sed quae sit earum
 praecipere haudquaquamst pedetemptim progredientis.]

Terraque ut in media mundi regione quiescat,
 evanescere paulatim et decrescere pondus
 convenit, atque aliam naturam subter habere
 ex ineunte aevo coniunctam atque uniter aptam
 partibus aeris mundi quibus insita vivit.
 propterea non est oneri neque deprimit auras;
 ut sua cuique homini nullo sunt pondere membra
 nec caput est oneri collo nec denique totum
 corporis in pedibus pondus sentimus inesse;
 at quaecumque foris veniunt impostaque nobis
 pondera sunt laedunt, permulto saepe minora.
 usque adeo magni refert quid quaeque queat res.
 sic igitur tellus non est aliena repente
 allata atque auris aliunde obiecta alienis,
 sed pariter prima concepta ab origine mundi
 certaque pars eius, quasi nobis membra, videntur.
 praeterea grandi tonitru concussa repente
 terra supra quae se sunt concutit omnia motu;
 quod facere haud ulla posset ratione, nisi esset
 partibus aeris mundi caeloque revincta.
 nam communibus inter se radicibus haerent
 ex ineunte aevo coniuncta atque uniter apta.

528 creatis (*cf.* 1345): creati *OQ* 530 omne *Marullus*: omnem *OQ*
 531 siet *Lachmann* hic *Bernays*: sit et hae *O*: sit et hacc *Q* 532
 vegeat *Gifanius*: uigeat *OQ* 536 subter *I* 31: super *OQ* 545
 magni *Ital.*: magi *OQ* queat *ed. Veronensis*: quaeat *OQ*: aveat
Lachmann: obeat *Munro*: alii alia 549 videntur] videtur *Brieger*
 553 aeris *Ital.*: aeri *OQ* 555 apta *Pontanus*: aucta *OQ*

nonne vides etiam quam magno pondere nobis
 sustineat corpus tenuissima vis animai
 propterea quia tam coniuncta atque uniter apta est?
 denique iam saltu pernici tollere corpus
 quid potis est nisi vis animae quae membra gubernat? 560
 iamne vides quantum tenuis natura valere
 possit, ubi est coniuncta gravi cum corpore, ut aer
 coniunctus terris et nobis est animi vis?

Nec nimio solis maior rota nec minor ardor
 esse potest, nostris quam sensibus esse videtur.
 nam quibus e spatiis cumque ignes lumina possunt
 adicere et calidum membris adflare vaporem,
 nil illa his intervallis de corpore libant
 flamarum, nil ad speciem est contractor ignis.
 proinde, calor quoniam solis lumenque profusum 570 [573]
 pervenient nostros ad sensus et loca mulcent,
 forma quoque hinc solis debet filumque videri,
 nil adeo ut possis plus aut minus addere, vere. 571 [574]
 lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans
 sive suam proprio iactat de corpore lucem,
 quidquid id est, nilo fertur maiore figura
 quam, nostris oculis qua cernimus, esse videtur.
 nam prius omnia, quae longe semota tuemur
 aera per multum, specie confusa videntur
 quam minui filum. quapropter luna necesse est,
 quandoquidem claram speciem certamque figuram
 praebet, ut est oris extremis cumque notata,
 quantaque quantast, hinc nobis videatur in alto.
 postremo quoscumque vides hinc aetheris ignis; 585
 quandoquidem quoscumque in terris cernimus (ignis),

558 apta *Q corr.*: rapta *OQ* 560 quid *Lambinus*: quis *OQ*
 animae] animi *Lachmann* 564 ardor] *Bockemüller*: alii
alii 567 adicere *Lambinus*: adicere *OQ* 568 nil illa his
Bernays: nihil nisi *OQ* libant *Marullus*: librant *OQ* 570 [573]
huc transtulit Marullus 571 mulcent *Lachmann*: fulgent *OQ*:
tingunt Lambinus 572 filumque *Turnebus*: illumque *O*: ilumque *O*
 574 = 571 (570) *secl. editores* 581 minui *Bentley*: mi *OQ* 584
quantaque Eichstädt: quanto quoque *OQ* 586 ignes add. *Marullus*